modo praemisso ad solvendum succubiti, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citati existentes memorati Recognoscentes Nobiles Wasko et Danilo Paclawscy olim nobilis Wasko Paclawski filij fratres inter se germani, sive eorum Successores ad instantiam praefati Nobilis Hrehorij Leszkowicz vel eius Posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Przemysliense extunc recessu supra scripto quo ad respondendum Spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, purgare, respondere, Damna praetacta Terrestria luere, Inscriptioni huic satis facere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentes. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes ac eosdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ac Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Recitationes ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Przemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq remotiones appellationes, ac eorum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis citationibus q suspensionibus, et alijs Juris praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo His suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Baczynski Paclawskim Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Przemysliensibus Nobilis Hrehorius Baczynski Leszkowicz sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus 249

Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competen recedendo praesenti vo Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se eiusq Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta Videlicet Sortem suam w Dworzysku Teczalowskim nazwanym lezącą in Bosidcum ... Villa Baczyna Terra et Districtu praesenti Premysliensi iacentis et consisten cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, tituloq haereditario, cumq omnibus et singulis bonorum eorundem Vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, Commodis emolumentis, obuentionibus, attinentijsq et pertinen generaliter Vniuersis, nihil ex praemissis Iuris dominij proprietatis, ac cuiusuis Competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente suisq Successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia ipsemet Recognoscens tenuit habuit, et possidebat ipsumq concernebant, ac eidem legitime seruiebant, Iam ex nunc et de facto Nobilibus Wasko et Danilo Paclawskim Nobilis olim Wasko Paclawski filijs fratribus inter se germanis eorumq posteris dat, donat, inscribit, et resignat, prout praesens dedit donauit inscripsit et resignauit perpetuo et in Aeuum. In quae quidem bona suprascripta praemissaq omnia praesens per se Recognoscentem donata is idem suprascriptus Recognoscens praefatis Donatarijs suis eorumq posteris, iam ex nunc et de facto coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem, per Ministerialem quemcunq Consultem et Nobiles duos, die quacunq voluerint officiose acceptandam. Per ipsos Donatarios suos et ipsorum Successores hic eadem bona praemissaq omnia praesens donata cum vniuersis praemissorum Vtilitatibus, et vsufructibus tenendi, habendi, et possidendi,

illisq

illisq quietè et pacificè utifruendi; ac ad suos suorumq Successorum
quosvis beneplacitos usufructus liberè et effectualiter convertendi,
modo et Iure haereditario. Debetq et tenebitur memoratus Regns
pro se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus
Summisq quibusvis pecuniarijs habitis et habendis praefatis Dona-
tarijs suis et eorum posteris inscribitur, et obligat praesentes, ipsos
et eorum Successores in dictis bonis praemissisq omnibus, praesentes
resignatis ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunq
personarum, cuiuscunq conditionis status et sexus cuiusvis existentium
exorienda, in omni Iudicio et Officio Regni semper, toties quo-
ties opus fuerit, per omnes Terrestres praescriptiones prout ad
quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio
tueri, defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnesq
cum posteris reddere, nec non haec eadem praemissaq omnia
praesentes resignata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscripti-
onibus prioribus et posterioribus super eadem bona praemissaq
omnia praesentes modo praemisso inscripta cuiusvis personarum mo-
do quovis factis et faciendis. Tum etiam à quibusvis Citatio-
nibus in eadem bona praemissaq omnia praesentes donata importatis
et importandis, Lucris deniq et Perlucris, processibusq Iuris
quibusvis, in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus
et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac
super praemissis omnibus praesentibus resignatis perductis et per-
ducendis, emundare et eliberare, mundaq et libera semper fa-
cere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio prae-
senti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus
donatorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos Officiorum
requireretur non denegare, imo debebit et tenebitur eand
libere

libere dare et effectualiter admittere, dataq et admissa eadem, Posses-
sionem et Usumfructum praemissorum omnium quovis modo tam
per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas per-
sonas non praepedire nec adimere, ipsosq Donatarios suos et
eorum posteros in praemissis omnibus nullo modo inquietare
ita ut eadem bona praefata resignata cum universis eorum
utilitatibus, et usufructibus, iidem Donatarij, sui cum suis po-
steris, quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis vigo-
re tenere habere, et possidere queant, illisq uti frui possint per-
petuis et aeternis temporibus, idq sub Damnis Terrestribus
simpliciter absq corporali Juramento taxandis et edicendis per
eundem Recognoscentem sive eius Successores praefatis Donata-
rijs suis et illorum posteris, ob non complectionem praemisso-
rum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, to-
ties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendis. Pro quibus
quidem Damnis Terrestribus, simpliciter absq corporali Jura-
mento taxandis et edicendis, modo praemisso ad solvendum suc-
cubitis, aeve aliqua principali, ex praemissis non completa com-
plenda ~~citatione~~ praesentis memoratus Recognoscens Nobilis Ste-
fanus Baczynski Leszkowicz sive eius Successores, ad instantiam
praenominatorum Nobilium Waszko et Danilo Paclawskich Nobilis
olim Waszko Paclawski filiorum fratrumque inter se germanorum vel
eorum posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premysliense, ex tunc recessu supra se ipso quo ad respondendum
spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare, iuri parere, respondere, Damna praetacta ter-
restria simpliciter absq corporali Juramento taxata luere, In-
scriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et
tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit

et obligat

et obligat praesentem. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes eaedem eiusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate pro maiori, minorennitate Successorem legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad euictorem, vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vltra eximos Officij praefati Castrensis Capitanei Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia plenis simplicibus vel implicationibus, suspensionibus, fatalijs, Iuris, praescriptione terrestri bello conuentioneque vel alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Topolnicki Kulczyckie Cedit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Paulus Topolnicki sanus mente et corpore existens à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Praesentiorique Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc atque per secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto nimirum de summa Triginta florenorum Polonicalium per Nobilem olim Nicolaum Kulczycki Smiotanka olim Nobilis Fedor Kulczycki filium sibi Recognoscenti super bonis ipsius proprijs haereditarijs, videlicet Certa sorte sua Terrea na Zadworzyskaċ od Miedzy Łoza, iako wszytko samo iest od Staroborow in Villa Kulczyce sitis Terra vero et Districtu praesenti Praemysliensi iacentibus et consistentibus coram Actis Terrestribus Praemysliensibus modo obligatorio de anno ad annum inscripta et ad tolerandum assecurata. Necnon de eadem ipsa 0049

Intentio.